

Epistola beati Hieronymi ad Damasum papam in quatuor euangelistas Incipit.

Beatissimo pape Damaso Hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam: et quae inter se variant: quae sint illa quae cum graeca consentiant veritate decernam. Plus labor: sed periculosa praesumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam et canescere iam mundum ad iusta retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus: cum in manus volumen assumpserit: et a salua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in vocem me falsarium me clamans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere: mutare: corrigere. Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod et tu qui summus sacerdos es: fieri iubes: et verum non esse quod variat: etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus tot sunt exemplaria pene quot codices: Sin autem veritas est querenda de pluribus: cur non ad graecam originem reuertentes: ea quae vel a vitiosis interpretibus male edita: vel a praesumptoribus imperitis emendata peruersius: vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus. Neque vero ego de veteri disputo testamento: quod a septuaginta senioribus in graecam linguam versus tertio gradu ad nos usque peruenit. Non quero quid aquila: quid symmachus sapiant: quare theodotion inter novos et veteres medius incedat: sit illa vera interpretatio: quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod graecum esse non dubium est: excepto apostolo mattheo: qui primus in iudea euangelium christi hebraicis litteris edidit: hoc certe cum in nostro sermone discordat et in diuersos riuulorum tramites ducit: vno de fonte querendum est. Praetermitto eos codices quos a luciano et esytio nuncupatos paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus utique nec in toto veteri instrumeto post septuaginta interpretes emendare quid licuit: nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quam addita sunt. Igitur haec praesens praefatiuncula pollicetur quatuor tantum euangelia: quorum ordo est iste: Mattheus: Marcus: Lucas: Iohannes: codicum graecorum emendata collatione: sed et veterum quae nec multum a lectionis latinae consuetudine discreparent: ita calamo imperauimus vt his tantum quae sensum videbantur mutare: correctis: reliqua manere patemur vt fuerant. Canones quoque quos eusebius caesariensis episcopus alexandrinus secutus ammonium in decem numeros ordinauit: sicut in graeco habetur expressimus. Quod si quis de curiosis vo-

luerit nosse quae in euangelis vel eadem vel vicina vel sola sint: eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit: dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit: in alio quia minus putauerint: addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter expressit: ille qui vnum e quatuor primum legerat: ad eius exemplum ceteros quoque estimauerit emendandos. Unde accidit vt apud nos mixta sint omnia: et in marco plura luce atque matthei. Rursum in mattheo plura iohannis et marci: et in ceteris reliquorum quae in alijs propria sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt confusionis errore sublato: et similia omnium scies: et singulis sua quaeque restitues. In canone primo concordant quatuor: mattheus: marcus: lucas: iohannes. In secundo tres: mattheus: marcus: lucas. In tertio tres: mattheus: lucas: iohannes. In quarto tres: mattheus: marcus: iohannes. In quinto duo: mattheus: lucas. In sexto duo: mattheus: marcus. In septimo duo: mattheus: iohannes. In octavo duo: lucas: marcus. In nono duo: lucas: iohannes. In decimo propria vnusquisque quae non habentur in alijs ediderunt. Singulis vero euangelis ab vno incipiens usque ad finem librorum dispar numerus accrescit. Hic nigro colore per scriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum qui ad decem usque procedens indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis: et recurrens ad principia in quibus canonum est distincta congeries: eodemque statim canone ex titulo frontis inuento: illum quem querebas numerum eiusdem euangeliste qui et ipse ex inscriptione signatur iuenies: atque e vicino ceterorum tramitibus inspectis: quos numeros e regione habeant annotabis: et cum scieris recurrens ad volumina singulorum: et sine mora reperis numeris quos ante signaueras: reperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in christo valeas et memineris mei papa beatissime.

Explicit epistola beati Hieronymi ad Damasum papam.

Incipit prologus sancti hieronymi ad Eusebium.

Pures fuisse quae euangelia scripserunt: et lucas euangelista testatur dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quae in nobis complete sunt: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem: et ministrauerunt ei: et perseverantia usque ad praesens tempus monumenta declarant: quae a diuersis auctoribus edita diuersarum heresum fuere principia: vt est illud iuxta egyptios et thomam et matthiam et bartholomeum: duodecim quoque apo-

Prologi in Euangelistas

stolorum et basilidis apollinis ac reliquorum: quos enumerare longissimum est: cum hoc tñ impresentiarum necesse sit dicere: extitisse quosdā qui sine spiritu et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem q̄ historie texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: **Ezech. 13. a.** Ue qui prophetant de corde suo: qui ambulat post spiritum suum: qui dicunt: Hec dicit dominus: et dominus non misit eos. De quibus et saluator in euangelio Johannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt fures fuerunt et latrones. Qui venerunt: non qui missi sunt. Ipse enim ait: Ueniebāt et ego non mittebant eos. In venientibus presumptio temeritatis: in missis obsequium seruitutis est. **Ecclesia** autem que dñi voce supra petram fundata est: quam introduxit rex in cubiculum suum: et ad quam per foramen descensionis occulte misit manū suā: simulis damule hinnuloq̄ ceruorum: quattuor flumina paradisi instar eructuās quattuor: et angulos et anulos habet: per q̄s quasi arca testamēti et custos legis dñi lignis: mobilibus vehitur. Primus omnium matheus ē publicanus: cognomēto leui: qui euangelium in iudea hebreo sermone edidit: ob eorum vel maxime causam qui in iesum crediderant ex iudeis: et nequa q̄ legis umbra secedente euangelij veritate seruabant. Secundus: marcus interpres apostoli petri: et alexadrine ecclesie primus episcopus: qui dñm quidem saluatorem ipse non vidit: sed ea que audierat magistrum predicantem: iuxta fidem magis gestorum narrauit q̄ ordinem. Tertius: lucas medicus: natione syrus antiochēsis: cuius laus in euangelio: qui et ipse discipulus apostoli pauli in achaię boetięq̄ partibus volumen condidit: quedam alius repetēs: et vt ipse in proemio confitetur: audita magis q̄ visa describēs. Ultimus iohannes apostolus et euangelista que iesus amauit plurimū: qui super pectus dñi recubens purissima doctrinarum fluentia potauit: et q̄ solus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum esset in asia: et iam tunc hereticorum semina pullularent cherinthi et hebionis et ceterorum qui negant chriſtū in carne venisse: quos et ipse in epistola sua antichristos vocat: et apostolus paulus frequenter percutit: coactus est ab omnibus pene tunc asie episcopis et multarum ecclesiarum legationib⁹ de diuinitate saluatoris alius scribere: et ad ipsum (vt ita dicā) dei verbū non tam audaci q̄ felici temeritate prorūpere: vt ecclesiastica narrat historia: cum a fratrib⁹ coqueretur vt scriberet: ita facturum se respondisse: si iudicio ieiunio in cōmune omnes deum deprecarentur. Quo expleto reuelatiōe saturatus: i illud proēmū e celo veniens eructauit: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Hec igitur quattuor euangelia multo ante predicta ezechielis quoq̄ volumen probat: in quo prima visio ita contexti-

tur: Et in medio similitudo quattuor animalū et vultus eorum: Facies hominis et facies leonis et facies vituli et facies aquile. Prima hominis facies: mattheū significat: qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis iesu chriſti filij dauid filij abraam. Secunda marci: in quo vox leonis in heremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Tertia vituli: que euangelista lucā a carcharia sacerdote: sumpsisse initiū prefigurat. Quarta iohannē euangelistam: qui assumptū pennis aquile et ad altiora festinans de verbo dei disputat: Cetera que sequunt in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta et pennati pedes: et cuncti spiritus ibat: ibant et non reuertebantur: et dorsa eorum plena oculis: et scintille ac lampades in medio discurrentes et rota in rota: et in singulis quattuor facies. Unde et apocalypsis iohannis post expositionem viginti quattuor seniorum qui tenentes citharas et psalteria adorāt agnum dei: introducit fulgura atq̄ tonitrua: et septem spiritus discurrentes: et mare vitreum: et quattuor animalia plena oculis: dicens: Animal primū simile leoni: et secundum simile vitulo: et tertium simile homini: et quartū simile aquile volanti. Et post paululum: Plena inquirerant oculis: et requiem non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus sanctus sanctus domin⁹ deus omnipotens: qui erat et qui est et qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostendit: quattuor debere tñ euāgelia suscipi: et omnes apocryphorum nenas: mortuis magis hereticis q̄ ecclesiasticis viuus canendas.

Explicit prolog⁹ sc̄i Hieronymi ad Eusebiū. Sequitur Alius Prologus.

Mattheus cū primo predicasset euangelis in iudea: volēs trāsire ad gētes primus euāgelis sc̄psit hebraice: qd̄ fratrib⁹ a quibus ibat ad memoriā reliq̄t. Sicut enī necesse fuit ad confirmationē fidei euāgelis predicare: sic et contra hereticos scribi. Cū aut plures euāgelis scripserint: quattuor tñ habēt auctoritatē testimoniū: qz quattuor mundi pres fidē nūciāt trinitatē: et sūt q̄si quattuor rote in quadriga dñi: q̄ vehit eū p̄ predicationem euāgelij: et gen⁹ humanū quadrifida morte penitenti⁹ eorū erat predicationē viuificādū: vñ et alioꝝ euāgelia deciderūt: nec recepta sūt: qz nolebāt p̄ finitū numerū cassari p̄ virtutē sacramēti. Designant etiā euāgeliste quattuor figurū q̄ nō sūt deceptorie s̄ iocūdi mysterij sibi sc̄ie. Matthe⁹ in hoīe intelligit: qz circa humanitatē chriſti p̄ncipalit̄ immorāt. Marc⁹ in leone: qz agit d̄ resurrectionē. Lucas i vitulo: agēs de sacerdotio. Iohānes in aq̄la scribēs sacramēta diuinitatis. Chriſt⁹ vō que describūt: hō fuit de v̄gie nat⁹: vitul⁹ in imolatione: leo in resurrectionē: aq̄la i ascēsiōne. Uel i hoīe humanitas: in vitulo sacerdotiū: in leone regnum: in aq̄la exp̄m̄ diuinitatis sacramētū.

Explicit Prologus

Prologus
 de
 euangelis
 Hieronymi
 ad Eusebiū
 et
 alius
 prologus
 Matthei
 ad
 gentes
 et
 contra
 hereticos
 scribitur
 et
 de
 figuris
 quattuor
 euangelistarum
 et
 de
 sacramentis
 diuinitatis
 et
 de
 resurrectione
 et
 ascensione
 christi